

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS  
SERVORVM DEY.

*l. 17*

*N.º 2904*

*6570*

¶ Ad perpetuam Rey memoriam.



**D**OSTOQVAM Diuina Bonitas nos licet immeritos, ad summi Apostolatus fastigium assumerè dignata est, nunquam cessauimus, abusus, qui in Ecclesia Dei, seu nimia sedis Apostolicæ indulgentia, seu hominum malitia irrepfisse cernuntur, pro uiribus tollere, & Ecclesiam ipsam in pristinum candorem restituerè, diuersas ad hoc saluberrimas constitutiones ædendo, & inuiolabiliter obseruari mandando. Verùm cum non omnia vno, et eodem tempore excogitari, ne dum perfici poterint quinimo circa ea sit nobis singulis ferme diebus aliquid enitendum abufui Apostosiæ, quæ per regulares personas sub diuersis falsis prætextibus quotidie incurritur vltèrius parcendùm non esse censuimus. Nam licet diuersi Ro. Pontifices prædecessores nostri, per eorùm constitutionis cõplura contra apostosiã hmõi ediderint statuta & ordinationes, nondum tamen est plenum cõtra eam ad inuentum remediũ. Quinimo diuersi diuersorùm etiam mendicantium ordinũ religiosi propriæ salutis immemores, Deique timore postposito, sub prætextu alij videlicet: qd̃ religioni, & ordini in genere ob varias cõfictas causas astricti non sint, & superinde sententiam declaratoriam obtinuerint, alij quod beneficiũ ecclesiasticũ curatum assecuti sint. Alij quod extra regularia sui ordinis loca stãdi & alicui beneficio ecclesiastico deseruiendi a suis superioribus licentiam habeant, & alij diuersis alijs cõfictis coloribus. Alij uerò nullo suffulti prætextu sed temeritate propria, contra proprium iuramentum, per eos in eorum professione præstitum, & regularia sui ordinis instituta extra claustra suorum regularium locorum degunt, & in seculo aliqui habitu sui ordinis retento, aliqui illo abiecto, in habitu presbiterorum secularium, & complures in habitu laycali temere vagantur. Et postquã Deo fidẽ fallere non sunt veriti. Cætera omnia quantũuis grauissimã & detestanda, leuia, & licita reputantes. Alij Parrochianos eorum curæ cõmissos falsam doctrinã docere, & prauis opinionibus, ac hæresibus replere, alij vxores ducere, alij siue paupertatẽ eos cogente, siue diabolico instinctu secularibus & mechanicis negocijs se dare. Alij seditionibus popularibus, & coniurationibus cõtra Principes, & alios, ac quibusuis alijs sæuis actibus se implicare, & cæ



A tera



tera omnia nequissima facere præsumunt in grauissimam diuinæ maiestatis offensam, & religionis opprobrium, ac animarum suarum pernitiæ, & aliorum Christi fidelium scandalum. Quamobrem considerantes Apostatas hmõĩ infinitis erroribus in eadem Dei Ecclesia causam præstare, & propterea uolentes contra apostasiam ipsam plenius prouidere, & eam quantum nobis ex alto conceditur, de medio tollere. Motu proprio: et excerta sciencia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos, in aliquo approbato, etiam militari ordine purè, & libere emissam, vel si ante ætatem legitimam professi fuerint, post illam per eos in ipsa ætate legitima constitutos purè: & liberè, ratam & gratam habitam temeritate propria, aut quouis prætextu: vel causa, etiam si se religioni & ordini non astrictos esse sine causæ cognitione, & his quæ a iure requiruntur, seruari omisissis: vel non legitime probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium ecclesiasticum, etiam curatum nõ præcedente legitima dispensatione possideant, vel alicui beneficio ecclesiastico, etiam curato alterius nomine deseruiant extra claustria suorum regularium locorum degunt, aut in posterum degent, omnibus, & singulis beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus aut sui: vel cuiusuis alterius ordinis regularibus per eos quomodo libet obtentis, & de cætero obtinem cuiuscunque qualitatis fuerint, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis, eis quomodo libet reseruatis, seu assignatis, necnõ Baccalariat<sup>o</sup> licenceaturæ doctorat<sup>o</sup>, & magisterij, ac quib<sup>o</sup>uis alijs in iure canonico, vel ciuili, aut Theologia, seu Medicina, vel Artibus, aut quauis alia facultate gradibus per eos etiam antequam religionem ingrederentur obtentis: seu assecutis: necnõ quocunque ministerio ecclesiastico Apostolica auctoritate tenore præsentium poenitus, & omnino priuamus, ac ad illa, & alia quæcunque, & qualiacunque in posterum obtinenda, seu fructus redditus, & prouentus ecclesiasticos percipiendos, aut gradus assequendos perpetuo inhabilitamus, & ab executione quoruncunque ecclesiasticorum etiam sacrorum & præsertim presbiteratus ordinum, necnõ omni ministerio ecclesiastico prædicto perpetuo suspendimus, priuatosque & inhabiles: ac suspesos esse. Necnõ beneficia ipsa de iure, & de facto, etiam ad hoc ut eorum ordinarij collatores & alijs libere conferre possint, & nisi ea infra tempus à Lateranen<sup>o</sup> Cõcilio statutum contulerint collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum superiorem, & demum ad nos & pro tempore existentem Ro. Pontificem deuoluatur, patroni quoque eorundem beneficiorum per  
sonas



sonas idoneas infra tempus à iure statutum ad ipsa beneficia presentare possint, & nisi presentauerint eorum libera collatio ad ordinariū spectet & pertineat, vacare, ac reservationes fructuū, redituū, & prouentuum huiusmodi extingui, & expirare decernimus, ita ut de cætero ipsi apostatæ quandiu vixerint, aliqua beneficia ecclesiastica, obtinere, vel aliquod officium ecclesiasticum exercere, aut fructus, redditus, & prouentus ecclesiasticos, seu super illis pensiones annuas percipere, vel exigere, seu curam animarum vel aliquod ministerium ecclesiasticum exercere, aut sacramenta ecclesiastica ministrare, seu missam celebrare, aut prætextu ordinū in quibus constituti erunt, aliquid facere, vel exequi nequeant, & prouisiones, seu commendæ, ac reservationes fructuum, redituū, & prouentuum ecclesiasticorum, necnō assignationes pensionum annuarum eis etiam dicta auctoritate etiam cum presentium toto earum tenore inserto plenaria derogatione pro tempore factæ, nullæ sint & irritæ ac viribus omnino careant, nec aliquod eis ius, ac titulum beneficia possidendi, aut fructus, redditus, & prouentus, seu pensiones huiusmodi exigendi, vel percipiendi tribuant. Ipsique sic priuati inhabiles, & suspensi fructus suos non faciant, sed ad illorum restitutionem teneantur. Et nihilominus si curam animarum exercere, vel ecclesiastica sacramenta ministrare, seu missam celebrare, aut prætextu ordinum suorum prædictorum aliquid facere, aut aliquod ministerium ecclesiasticum exequi præsumpserint, tanquam suspensi ab executione ordinum suarū. Et in illis contra suspensionē ipsam, & in contēptum clauuū ministrantes condignis poenis omnino puniantur. Et vt omnis vagandi occasio apostatis huiusmodi tolatur, volumus & sancimus, quod quæuis tam ecclesiasticæ; quam seculares personæ cuiuscunque status; gradus ordinis conditionis & præminentia existat, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali: aut alia maiori ecclesiastica dignitate: etiam Cardinalatus honore: seu mundana: etiam Marchionali: Ducali, aut alia maiori auctoritate, seu excellentia præfulgeant aliquem Apostatarum eorūdem receptare, seu nutrire: vel illis quominus ad eorum monasterium seu domum: vel alium locum regularem redeant fauorē, aut auxiliū seu consiliū præstare non præsumant, & si eos receptauerint, seu nutriuerint, vel illis, vt præfertur fauerint, aut auxiliū seu consiliū præstiterint: et per ordinariū loci sub quo moram trahent cōmoniti à præmissis non desintierint sententiam excommunicationis eo ipso incurrant. Et si patroni alicuius beneficij ecclesiastici siue sint laici, siue clerici aliquem ex eisdem Apostatis ad beneficium de eorum iure patronatus existens tunc uacans præsentauerint



*principes & domini in dignitate constituti qui apostatis auxilium & fauorem dederunt, si admoniti apostatam ad hoc ut ordinario loco ubi communi deservit / sine excommunicatione*



*ordini  
prelati & ordinarij loca  
ubi apostati degen-  
tibus requirunt in  
monasteria redeant*

uerint præsentationes hmoi sint eo ipso nullæ , irritæ , & inanes, ac viri-  
bus creant, ipsi patroni iure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea-  
uice tantum priuati existant, quodque superiores Ordinum quos ipsi pro-  
fessi fuerint , & ordinarij locorum, in quibus ipsi Apostatæ pro tempore  
degent, tam coniunctim quam diuisim eosdem Apostatas, vt ad eorum  
monasteria redeant, requirere, & si ad dicta monasteria redire cessauerint  
vel recusauerint, eos secundum ordinis disciplinam monitione præuia  
per censuras ecclesiasticas & pœnas etiam corporis afflictiuas ad redeun-  
dum cogere, & compellere possint, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit  
auxilio Brachij secularis. Quod si regularis ordo hoc non patiatu-  
ritate nostra prouidere valeant vt talibus apud eadem monasteria in locis  
competentibus, si absque graui scandalo fieri poterit, alioquin in alijs reli-  
giosis domibus eiusdem ordinis ad agendam in ibi pœnitentiam vitæ ne-  
cessaria ministrentur. Si vero Apostatæ hmoi se in his inobedientes pre-  
stiterint, sint etiam auctoritate nostra maioris excommunicationis senten-  
tiam eo ipso innodati, & superiores sui eos excommunicatos esse declarent,  
& nuntient, ac ut tales ab omnibus suis subditis nunciari, & publicari fa-  
ciant. Teneanturque ipsi Apostatæ cuiuscunque ordinis congregationis,  
& habitus fuerint Birretum nigrum duabus lineis albis ex tela confectis,  
& digito humano latis ab vna extremitate ad aliam extremitatem circun-  
ductis distinctum, & per totam eius circumferentiam simili linea alba suf-  
fultum, ita vt omnes lineæ præfatæ oculis intuentium manifestæ appare-  
ant continue gestare. Et si sine Birreto hmoi depræhensi fuerint possint  
pro hmoi in obedientia non solum per suos superiores, veruetiam per  
quoscumque tã ecclesiasticos, quam seculares iudices, & magistratus con-  
dignis pœnis puniri, & ad delationem ipsius birreti, vt præfertur, distin-  
cti, & suffulti omnino compelli. Decernentes quod de cætero, qui aliquẽ  
ordinem approbatum, vt præfertur tacite, vel expresse professus fuerit, &  
se illi ordini non astrictum esse contenderit, vel als quouis modo siue retẽ-  
to, siue dimisso habitu extra regularia loca ipsius ordinis de iure aliquo  
casu stare posse putauerit, vel quauis ratione, aut prætextu super hoc pos-  
tulauerit seu supplicauerit, litteras, quas a nobis seu officio Pœnitentiariæ  
nostræ obtinebit, Cardinali, Protectori, seu viceprotectori ipsius ordinis  
in curia residenti, & procuratori generali ordinis dirigi & presentari face-  
re, ac coram eo in hoc negotio cum plena causæ cognitionæ procedere  
teneatur, alias omnia, & singula, per ipsum professum in præmissis gesta  
nulus sint roribus vel mometi. Literæque alijs directæ nullam iurisdictionem



3

nem tribuant . Quodque omnes & singulae translationes de Apostatis  
ipsis ad alium ordinem etiam per nos , aut praedecessores nostros, vel per  
officium Pœnitentiariæ hmōi hæctenus factæ , & quas diinceps fieri cō  
tigerit nisi ad arctiorem vel parem ordinem factæ fuerint. Et ipsi sic transf  
lati, in monasterijs, in quibus regularis obseruantia vigeat, actu maneant  
nullæ sint & irritæ . Ipsique sic translati , ad pristinum ordinem etiam si  
in ordine ad quem translati fuerint professionem in eo emitti solitam emi  
serint , redire teneantur, & si post vnam & secundam monitionem sibi à  
Prælati, seu superioribus ordinum è quibus translati sunt, factam, redire  
distulerint, aut neglexerint, liceat ipsis Prælati seu superioribus procede  
re contra eos modo, & medijs contra Apostatas statutis. Et nihilominus  
præfatos, sic translatos, & ut præfertur non redeuntes, administratione cu  
iuscunque ecclesiastici beneficij, seu officij, & prælaturæ perpetuo priua  
mus, & priuatos esse, nec non bona quæcunque mobilia seu immobilia,  
ac census, redditus, & prouentus, iura & actiones per eosdem fratres, tam  
egressos, & eiectos, quam ad alium ordinem, vt præfertur, translatos , seu  
de licentia suorum superiorum extra eorum monasteria stantes tempore  
quo extra monasteria sui ordinis steterint acquisita, etiam si acquisitiones  
hmōi ab ipsis fratribus ex redditibus beneficiorum ecclesiasticorum cū  
cura: vel sine cura ab ipsis obtentorum, seu detentorum, aut ex propria in  
dustria, seu artificio, mercatura, vel ex testamento, seu successione ab intes  
tato quorunvis consanguineorum, affinium, vel amicorum suorum, aut  
quoruncunque aliorum factæ sint, non fisco nostro, aut Camera nostræ  
Apostolicæ, sed religioni, aut monasterijs in qua, seu quibus primò profe  
ssi fuerint , eo ipso applicata esse, & censeri debere decernimus, & declara  
mus, ita ut iuxta regularia religionis seu monasteriorum huiusmodi insti  
tuta omnino distribui, & dispensari debeant . Nec super illis per Protecto  
res, aut superiores religionis, & monasteriorum prædictorum, aut quosuis  
alios quacunque auctoritate fungentes aliqua compositio, seu concordia  
aut remissio fieri possit. Sicque & non alias aliter, nec alio modo in præ  
missis omnibus & singulis per quoscunque iudices, & Commissarios, qua  
uis etiam dicta Apostolica auctoritate fungentes, etiam carum Palatij a  
postolici Auditores, & S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia  
sublata eis , & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretan  
di auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus supet his  
à quocūq; quauis auctoritate scienter vel ingnoranter contigerit attentari  
irritum & inane decernimus, & quoniam experientia rerum magistra do



cente, cognouimus priuilegia cunctis fere ordinibus concessa recipiendi  
professos aliorum ordinum in eorum monasterijs, domibus, & regula-  
ribus locis materiam prestare Apostatis huiusmodi per seculum euagan-  
di, praesertim cum diuersi ordinum huiusmodi superiores & praelati Apost-  
tatas huiusmodi recipiant, & postquam illis eorum habitum regularem  
exhibuerint, eis standi extra monasterium licentiam concedant. Nos a-  
busui huiusmodi occurrere volentes, omnia & singula priuilegia & indul-  
ta apostolica quibusuis ordinibus, monasterijs, & domibus, seu alijs regu-  
laribus locijs (Cartusien. & Haeremitis Camadulen. in haeremo realiter  
degentibus duntaxat exceptis) super recipiendis Canonicis regularibus, seu  
monachis, vel fratribus aliorum ordinum per quoscunque Roman Pont-  
ifices predecessores nostros sub quibusuis verborum formis, & tenoribus  
etiam motu proprio, aut alias quolibet concessa, etiam Mare magnum  
nuncupata, quo ad facultatem recipiendi eosdem Canonicos regulares,  
seu monachos, & fratres poenitus & omnino reuocamus, cassamus, irrita-  
mus, & annullamus, Et viribus poenitus Et omnino vacuumus. Mandates  
vniuersis Et singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archie-  
piscopis Et Episcopis, alijsque Diocesanis, Et locorum ordinarijs, ut ipsi  
per se vel alium, seu alios presentes literas, in eis contenta quaecumque vbi,  
Et quando, ac quoties opus fuerit, solenniter publicantes, faciant dicta au-  
ctoritate nostra easdem presentes literas plenarie, et totali executioni de-  
mandari, Eos qui illis contrauerint iuxta ipsarum literarum continen-  
tiam, & tenorem condignis poenis plectendo & puniendo ac contradecto-  
res quoslibet et rebelles, eisq; in praemissis non parentes, per sententias,  
censuras & poenas ecclesiasticas, aliaq; opportuna Iuris remedia, appella-  
tione postposita, compescendo. Necnon legitimis super his habendis ser-  
uatis processibus, sententias, censuras, & poenas praedictas, etiam iteratis  
vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bra-  
chij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apos-  
tolicis, ac monasteriorum, & aliorum regularium locorum, necnon ordi-  
num quoruncumq; etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis  
firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; in-  
dultis, & literis apostolicis, etiam mari magno, seu bulla aurea aut alias  
quolibet nuncupatis, seu per officium Poenitentiarum huiusmodi expedi-  
tis eidem Apostatis, seu translatis: ac nostra sancti Spiritus in Saxia de Vr-  
be ordinis sancti Augustini, & quibusuis alijs hospitalibus. Necnon beatae  
Mariae redemptionis captiuorum, & de Mercede, ac quibusuis alijs mo-  
nasterijs



4

nasterijs, & regularibus locis: sub quibuscūque tenoribus et formis, ac cū quibusuis etiam derogatorijs, alijsque efficacioribus, & in solitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu scientia, & pietatis plenitudine similibus, aut alias quolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis, et innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil pœnitus omissio, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus cōmuniter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excōmunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenā & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ut autem presentes literæ ad omnium quōrum interest noticiam deducantur nec aliquis earum ignorantiam p̄tendere, aut contra eas se excusare valeat dicta auctoritate apostolica statuimus, atque decernimus, vt ipsemet literæ, vel earum transumptum cui manu. Notarij publici subscripto, & sigilo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munito eam prorsus fidem in iudicio et extra adhiberi uolumus, quæ ipsis originalibus literis adhibetur, si factio, & realiter exhiberentur. In Basilicæ Principis Apostolorum, et ecclesiæ sancti Ioanis Lateranensis, ac Cancellariæ apostolicæ, valuis & acie Campi floræ per aliquos ex Cursoribus nostris publicentur earum exemplo in singulis valuis & acie predictis affixo, & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ priuationis, inhabilitationis, suspensionis, sanctionis, declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis, annulationis, mandati, derogationis, statuti decretorum & voluntatum in fringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. Millesimo Quingentesimo, Quinquagesimo octauo. Tertio decimo. K<sup>l</sup>. Augusti. Pontificatus nostri anno quarto.



¶ Io. Barengus. Barengus.

¶ Die Tercia Augusti. M. D. Lviiij. literæ originales presentium affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis dimissis in ibi illatum exemplis affixis per nos. Ioannem Magnum, & Bernardinum Andreutiũ Curffores Iacobus Gorra magister Curfforum.

¶ Dom Fernando Arcebispo de Lixboa. &c. Mandamos aos Piores Curas E pregadores que em suas estações E pregações E egrejas pubriquem estas letras solennemente ao pouo aqual vay asinada por nos.

*Dom Fernando Arcebispo de Lixboa.*

